

Etiam sine eâ eloquentiam nullam
esse disertè affirmet. Et quæ-
nam, quæso, verborum lumina, quæ
numerorum in sententijs periodis-
q; vel incipiendis vel terminandis
ratio, qui dicendi flosculi ac elegan-
tiæ apud Oratores ullibi extant,
quarum non plurima in Pœtâ multo
jam antè, quàm ab illis copiose
sapienterq; loqui oratores didice-
runt, exempla inveniantur? Nam
quid dicam de pronuntiandi ratio-
ne & legitimâ syllabarum sive cor-
reptione sive extensione? Quæ sane
si quis absq; divinâ hac arte addisce-
re postulet, nihilo plus agat, quàm si
c jun-